



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

XVIII. Argvmentvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

num propositum, tamen sciendum est, dari remissionem, non propter dignitatem harum virtutum, sed propter mediatorem. Hec deatio sicut ex Paulo dimicante de particula gratis fide propter mediatorem.

## XVIII. ARGUMENTVM.

Vita eterna nominatur merces,

Ergo est debita pro operibus.

RESPONDEO brevissime. Phrasis nota est, mercedem dici tantum compensationem debitam, sed fructum qui sequitur. Deinde verum est, vitam eternam etiam si propter aliud datur, tamen etiam si propter aliud, quia compestat benefacta, ut patrimonium est merces officiorum filij, etiam si accipitur propter aliam causam.

Considerandum & hoc est. Sæpe videntur Prophetæ phrasim legi, videntur interpretatio ex Euangelio sumenda est. Vt, Reddit vniuersaliter secundum opera sua, vbi tota conuersio intelligitur, & tamen secundum eum, fide primum gratis reconciliationem accipi, postea placere Deo fidem & incoartam obedienciam. Et pias mentes semper sicut decet dictum Iacob: Minor sum cunctis miserationibus tuis.

## XIX. ARGUMENTVM.

Iacob 2. Videris igitur, quod ex operibus iustificatur homo, non fide tantum.

RESPONDEO. Manifestum est in Iacobo fide tantum intelligi notiam historiæ, de qua noticia dicit: Demones credunt & contremiscunt. Facemur autem, neminem esse iustum sola illa noticia, sed Paulus loquitur de fide, quæ est agnitus & fiducia misericordiæ, quæ pacem afferit cordibus, ut inquit: Iustificati fide pacem habemus. Et discrimen in vera conuersione intelligitur, in qua fides vincit veros peccatores, & est motus Spiritus sancti, quo corda vniificantur, & accensura vera inuocatio, qua clamamus, Abba pater, ut dicitur in Zacharias: Effundam super dominum David Spiritum gratiæ & precum. Non igitur pugnat Iacobus cum Paulo, sed de alia re loquitur. Dicit ergo cum ait: Ex operibus iustificamur, phrasis intelligenda est. Non enim hic iustificari est reconciliari, sed postea habentes bona opera iustificantur, id est, approbantur, habentes iusticiam operum, quæ in reconciliatis iam placent Deo.

## XX. ARGUMENTVM.

Iustificare est ex iniusto iustum facere,  
Iustus est habens iusticiam, id est, obedienciam integrum, seu  
conformatatem cum Deo,

Ergo non sola fide iustificamur.

RESPONDEO ad Maiorem. Iustificare iuxta doctrinam Euangelij primum est ex reo non reum facere. Nam hoc agitur in veris

A 2 dolori-